Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26214
Copyright: Admont, Benediktinerstift



inchoationis inuenerit confringit. tantoq; se uehementius
in eius confractione exhibet. quanto et grauius quia uel admodicum
fuerat proiectus dolet. Unde et teste euangelio uoce ueritatis ad ne
glectam domum conscientie spe inmundus qui solus exigit cum
spiritibus septem redit. Hec ergo post diuine correptionis exordia
antiquus hostis surripiat. atq; a uirtute ad confractionem
trahat. sanctus uir congrue exorat dicens. Qui cepit. ipse me con
terat. ac si aperte dicat. Hoc quod in me exorsus est perficere fe
riendo non desinat. ne me desertum aduersario ad contritionem tradat.
Unde et aperte subdit. Soluat manum suam et succidat me. Sepe
namq; fiducia longe prosperitatis inflati in quodam statu elati
onis erigimur. cumq; nos extolli conditor conspicit. s; amo
rem suum erga nos per uerbera non exercet. quasi ad ferienda nostra
uicia manum ligatam tenet. an non affectus sui manum ligaue
rat. cum peccanti populo dicebat. iam non irascar tibi. et helus meus
recessit a te. Soluat ergo manum suam dicitur exerceat affectum. Recte
autem subiungitur. Et succidat me. Cum enim securos nos. ac
de uirtutum affluentia elatos repentinus uel flagelli dolor.
ut infirmitatis temptatio percutit. protinus abstatus sui uertice
mentis nostre elatio succisa cadit. ut de semetipsa nil audeat,
s; infirmitatis sue ictu prostrata manum leuantis querat. Hinc
est quod sancti uiri cum de occulta erga se dispositione suspecti sunt.
plus prospera ipsa pertimescunt. temptari appetunt. flagellari
concupiscunt. quatenus incautam mentem metus et dolor erudi
at. ne in hac peregrinationis uia hoste ex insidiis erumpente
sua tandem deterius securitas sternat. Hinc psalmista ait.
Proba me domine et tempta me. Hinc iterum dicit. Ego ad
flagella paratus sum. Quia enim sancti sue corruptionis uulnus